iudicis, toties quoties opus fuerit tueri, defendere, eximere et interce-
dere, indemnemq[ue] et indemnes reddere, bonaq[ue] p[rae]fata munda et li-
bera semp[er] facere; intromissionemq[ue] coram eodem Officio p[rae]d[ic]to admissam, nullo
modo, dum p[er] solennis ibi cum ramo viridi affectabitur, dene-
gari; imo liberé dare et admittere, dataq[ue] et admissae
adem[ptam], postremo eorundem bonorum p[rae]fatorum venditorum nec p[er] se
nec p[er] suos quasq[ue] submissas et subordinatas p[er]sonas p[rae]pedire
vel adimere; ac eosdem Laurentium Advocatum et Helisabetham
coniuges eorumq[ue] posteros, in bonis p[rae]fatis tam in toto, quam in qua-
libet minima parte non inquietari. Idq[ue] sub vadio similis quant[itatis]
Viginti poch Polon[icalium] marcarum, p[er] eosdem recognoscentes ac eorum
successores eisdem Laurentio Advocato et Helisabethae coniugibus
ac eorum posteris, in defectu completionis p[rae]missorum omnium et singu-
lorum tam in toto quam in parte, toties quoties opus fuerit ad
solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio necnon p[rae]misso suc-
cubito, ac p[ro] re aliqua principali ex p[rae]missis non completa, com-
plendis p[rae]missis, ad Iudicium Castri p[rae]fati Burgrabiale ab eisdem
Laurentio Advocato et Helisabetha coniugibus, aut eorum posteris, con-
venientes idem p[rae]dicti recognoscentes Ioannes Guzik et Catha-
rina de Zasanie coniuges, aut eorum successores, ad primam
sui citationem stare, parere, iudicare, vadium p[rae]dictum luere,
ac rei principali q[uae] quam citatibus satisfacere debebit atq[ue] te-
nebitur, seq[ue] ac suos successores ad eadem omnia obligat et
adstringit; nullis ad eludendam eandem causam (si quam vero
p[rae]missorum ipsis hic contigerit) aut eius differendam ac declinandum

terminum

terminum, exceptionibus, inscriptionibus, dilationibus, appellationibus labo-
rando; imo omnibus hac in parte etiam iuris remediis, tenore p[rae]sentium re-
nunciando. Hac sua p[rae]fata inscriptione ad p[rae]missa eius mediante.

Ilnicka Iaworskiemu donat.

Comparens p[er]sonaliter coram Officio actisq[ue] p[rae]sentibus Castren[sibus] Capi-
tan[ealibus] Premislien[sibus] Nobilis Eva Ilnicka, Nobilis olim D[omi]ni Ilnic-
ki Hyckozic filia, Nobilis vero Zacharka Ilnicki Mikitowicz
Consors legitima, cum eiusdem mariti sui assistentia, et Uxoreo
ad infrascripta recognoscenda consensu; sana mente et corpore e-
xistens; a Terris, districtibus, iudiciis, iurisdictionibusq[ue] suis quibusq[ue]
p[ro]priis et competentibus recedendo; huic autem Castren[sis] Ca-
pitan[ealis] Premislien[sis] Officii iurisdictioni, se ac successores
ac bona sua grata omnia, quoad actum p[rae]sentem totaliter
et plenarie incorporando atq[ue] subiiciendo, palam, libere, publi-
ce ac p[er] expressum recognovit: Quia ipsa Bona sua p[ro]pria et
haereditaria infrascripta, videlicet totam et integram sortem suam in
villa Ilnik in Terra et districtu p[rae]fatis Premislien[sibus] iacentem:
sitorum se regnentem p[er] p[rae]dictum olim parentem suum iure di-
vino et naturali successione, inter alios consanguineos concernentem,
filiisq[ue] iure haered[itario] servientem, cum omni iure, dominio et p[ro]prie-
tate, tituloq[ue] haered[itario], cumq[ue] omnibus et singulis sortis p[rae]dictae u-
tilitatibus, fructibus proventibus, emolumentis, attinentiis et p[er]tinentiis ge-
neraliter universis, nullis penitus exceptis nec p[ro] se aut suis successoribus
aliove quopiam reservatis et exceptis; verum ita late, longe,
circumferentiatq[ue] prout p[rae]fatorum bonorum haereditas se in suis
metis et limitibus ab antiquo extendit et p[ro]tenditur, et prout eadem

praefata sortis bona ipsamet recognoscens tenuit, habuit et possidebat, ipsique convenerabant, ac eidem serviebant. Iam ex nunc et de facto Nobili Ioan Jaworski Martzer dicto, eiusque posteris dedit, donavit ac titulo perpetuae merae et irrevocabilis Donationis inscripsit et resignavit, prout praesentibus dat, donat, ac titulo perpetuae merae et irrevocabilis Donationis inscribit et resignat perpetuo et in Aevum irrevocabiliter. Et iam ex nunc eadem recognoscens eidem Donatario suo, ac ipsius posteris, in eadem bona praesentibus donata coram Officio praesenti dat et admittit realem intromissionem, et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos, ipsi iam ex nunc ab Officio praesenti [illegible] in usum additos, die quacunque voluerit officiose acceptandam: per ipsum donatarium suum, eiusque successores bona sortis praedictae praesentibus donata, tenendum, habendum, possidendum, illisque pacifice et quiete utifruendi, ac ad suos suorumque successorum quosvis beneplacitos usus libere et effectualiter convertendum perpetuis temporibus. Debebitque et tenebitur praefata recognoscens, prout se ac suos successores, in et super bonis suis quibuscunque omnibus et summis pecuniarum habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus; eundem Jaworski Martzer donatarium suum et eius successores, in eisdem bonis praesentibus donatis, et ratione eorundem, ab omni et quavis impetitione iuridica, quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis, status et sexus existentium, coram omni Iudicio et Officio Regni existendam, totiens quotiens opus fuerit, per omnes processus Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestrem spectat et pertinet praescriptio morem, defendere, evincere, intercedere, indemnemque

et indem.

et indemnes reddere. Nec non bona eadem praesentibus donata, tam in parte quam in toto, ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus in eisdem bonis factis et faciendis, nec etiam a quibuscunque creditoribus, in eadem bona impositis et imponendis, lucris, damnis et [illegible], pecuniarumque [illegible] quibusvis, in quocunque puncto et gradu iuris dependendis, in eisdem bonis per praesentes donatis, productis et producendis in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis emundare et eliberare, mandataque et litteras [illegible] facere, ac etiam intromissionem praefatam, coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum praedictorum, dum per Ministerialem et Nobiles officiose requiretur, non deregare, imo tenebitur eandem effectualiter dare et admittere, datamque et admissam eandem possessionem et usumfructum praemissorum quovismodo, tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere: ipsique donatarium suum et eius successores in eisdem bonis praesentibus donatis, tam in parte, quam in toto non minuari. Ita ut eadem bona praesentibus donata, idem Donatarius suus, suis cum posteris, quiete et pacifice sub praesentis donationis inscriptionis vigore, tenere et possidere queat. Idque sub damnis [illegible] ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento taxandis, per eandem recognoscentem, aut eius successores praefato donatario suo, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in toto, quam in quavis minima parte, totiens quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. In quibus quidem damnis [illegible] simplici absque corporali iuramento taxandis modo praemisso succumbitis Citata existens eadem recognoscens Nobilis Eva Hnicka: ad instantiam praedi:

cti Joan Jaworski Martyn donatarii sui, sine ipsius successorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, extunc recenter scripto quo ad respondendum spectat mediante, in primo Citationis termino, tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, damna praefata Terrestria simpliciter absque corporali iuramento taxanda luere et nihilominus inscriptionem praefati in toto satisfacere, ac condemnationi: cati pati debebit ac tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia obligat et adstringit: eundemque terminum primum peremptorium, et alios consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate, per maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Evictionem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo; ad quietationem Ultra primos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo: nullasque motas, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo; praemissisque omnibus oportunis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, Fatalis iuris, praetextu Terrae, belli, conventionesque, vel aliis quibusque iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Witowski Chrząszczewskiemu tenetur.

Comparens personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Petrus Witowski, sanus mente et corpore existens; a Terris, districtibus, iuribus, iurisditionibusque suis qui:

busvis

busvis et competentibus recedendo; huic autem Castrensi Capitaneali Premisliensi iurisditioni, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, quoad actum praesentem, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Generoso Gabrieli Chrząszczewski, eiusque legitimis successoribus, summam Trecentorum pecuniae Polonicalis florenorum, monetae et numeri in Regno currentis, grossis Triginta Polonicalibus quemlibet computando florenum, certi, veri, iusti et liquidi debiti; mutuatique apud ipsum per recognoscentem peculi, tenetur atque debet. Quam quidem Trecentorum pecuniae Polonicalis florenorum summam, se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis, eidem Generoso Gabrieli Chrząszczewski eiusque posteris, inscribit et obligat praesentibus, hinc per die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturi, dare, solvere, et coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus realiter et in effectu reponere et relinquere, repositamque et relictam nusquam ab eodem Officio non exdividere, nec arestare seu modo quovis alio impugnare. Idque sub vadio simili summae Trecentorum pecuniae Polonicalis florenorum, per eundem recognoscentem Generoso Petro Witowski eiusque posteris, eidemque Generoso Gabrieli Chrząszczewski, ac eius successoribus, ob non solutionem summae praedictae praemissae per tempore et loco suprascriptis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio ad solvendum modo praemisso succumbito, ac pro summa ipsa principali, idem Generosus Petrus Witowski, ad instantiam praefati Generosi Gabrielis Chrząszczewski